



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Miles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\*Vide *Azor. c. 10. q. 11. Syl. metus. q. 6.*

*Milites, vide Bellum.*

*Minor, vide Contractus.*

1. **M**inoris tutela durat vsque ad pubertatem: inde vsque ad vigesimum quintum annum completum sub curatore. Quod si non habet curatorem, gesta per eum valent.

\*De minore multa *Sanchez de matrim. t. 1. d. 37. 38. l. 6.*

Tutelaꝝ *Mol. d. 220. probatus in viro anno 14. in foemina 12. expleto. ibid.*

Quod si sed læsi restituuntur in integrum. *l. 1. §. vlt. ff. de minor. ib.*

Quando tutela finiatur docet *Mol. d. 225.*

2. Minor ingressus Religionem potest bona sua alienare, velut enim moritur, molo sit doli capax: nam ante septennium nulla eius obligatio valet.

\**Fum. vers. Minor. 2. Syl. eodem.*

3. Minor potest alium obligare ad sui utilitatem, & pubertati proximus, potest se alteri obligare cum tutoris auctoritate.

\**Mol. d. 224 col. 1055.*

4. Contractui à se facto cum aliquo, vt emptionis, aut venditionis, potest stare si velit, & tunc alter tenebitur: sed poterit is etiam exigere auctoritatem tutoris, & si opus sit, etiam iudicis, cum ille non vult stare, verbi gratia,